



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Stupenda relatio Amos Patriarchæ Hierosolymitani de sanctiſſimo Leone
Pontifice Romano. Capvt. CXLIX.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

pro Epistola mea respondistis, quam scripseram ad fratrem meum Flavianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum quidem & sententiam meam aperientes, hæreticorum autem obstructuantes. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum diuinum laborem, studiumque contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus, quæ à nobis prædicantur, veritati, quæ est Christus Deus noster. Illa non semel tantum, sed bis terque conspicies, trinitate apparitione firmatus, enarraui sancto Papæ Eugenio. Qui cum audisset, lachrymatus est, extendensque in cælum manus suas, Deo gratias retulit dicens: Gratias tibi ago, dominator Christe Deus noster, quia cum indignus sim, veritatis tuæ præconem me facere dignatus es, & per orationes seruorum tuorum Petri, ac Leonis, paruum, & modicum alacritatem nostram, tanquam duo videlicet minuta, summa, & ineffabili benignitate tua suscipere dignatus es.

I. Ergo Sancti pro nobis orant post mortem.

Stupenda relatio Amos Patriarchæ Hierosolymitani de sanctissimo Leone Pontifice Romano.

C A P V T. CXLIX.

CUM descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum cremi Abbates, ut adorarent eum, inter quos affui & ego cum Abbate meo. Cœpitque Patriarcha dicere patribus: Orate pro me, patres. Magnum enim onus, & intolerabile mihi iniunctum est sacerdotique dignitas me terret immodicè. Petri enim, & Pauli, & similium est regere rationales animas: ego autem infelix

infelix peccator sum. Plus autem quàm cætera timo ordinationum sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatissim⁹, & æqualis Angelis Papa Leo qui Romanorum Ecclesiæ præfuit, per quadraginta dies perseuerauit ad ¹ sepulchrum Apostoli Petri, vigilijs, & orationibus insistens, petensq; ab Apostolo, vt pro se apud Deū intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletisq; dieb. quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus dicens: Oravi pro te, & dimissa sunt tibi oīa peccata tua, præterquam impositionis manuum. Hoc enim solum abs te requiretur, siue bene, siue fortassis aliter id egeris.

Habes hic multa contra modernos hereticos, Sanctorū sepulchra apud antiquos in veneratione fuisse. Morem fuisse apud ea pernoctare, & orationibus insistere. Sanctos posse dici intercessores nostros. Sanctos esse inuocandos. Illos orare pro peccatis nostris, & orationes exaudiri. Sanctos scire, quæ circa nos aguntur.

Vita, & sanctitas Episcopi ciuitatis

Rumelli.

CAPVT C L.

Narrauit nobis Abbas Theodorus Romanus, dicens: Est procul à Romana Vibe breue oppidum, quod Rumelium dicitur, In eo oppidulo Episcopus erat magnæ virtutis & meriti. Die ergo quadam habitatores oppidi ingressi sunt ad beatissimum Romanum Antistitem Agapitum, accusantes Episcopum suum, ac dicentes, quia in sanctificato vase manducat: Pontifex autem solo auditu percussus, mittit duos ex clericis, vt vincitū Episcopum, & pedibus iter agentē Rom. perducerent. Venientem verò continuo misit in carcerem. Cum ergo tres dies in carcere